

**Ierem.** 9. 4. *Sine periculo in fidei sub amicitia velamine.*

**Matth.** 9. 25. *Proditor amens*

**Arator.** *Mercedem sceleris solvit: sibi tadia noxæ Horruit ipse sua, fringens in gutture vocæ.*

**Facies** *predicantis hi iniqui sine facie.*

**Seneca.** *Mercedem pij, ad mercedem impij. Honesta, quando aliqua illis spes inest, sequuntur: in contrarium transieunt, si plus sceleris promittant. Sic facies Iudæ, sed sine facie: Nunquid ergo sum Rabbi? Si se proditorem noscit, quorsum inquit? Ut aliquam criminis excusationem haberet. Non*

erubescit sceleris, sed publicæ vocis. Ipse sciebat se instruxisse perfidiam; & ut aliquid diceret, sedisse ad mensam. Sciebat in Magistrum molitam perfectionem, ut tolleretur in crucem: sciebat causam esse illius dedecoris, & protitæ auctoritatis; quod ita grave, ut ipsis hostibus esset odibile: & læsum interrogat, quid de crimine sentiat; ut illius aliquam excusationem habeat: etenim à crimine se abundanter purgabit; eò quòd Magister crimen coram focijs aperuit. Quid enim faciet vir auctoratus, si dehonetur? Quid dum à focijs optimus æstimabatur? Consenfit nequitia sceleris, ut vindicaret opprobrium manifesta proditiõnis; cum occultam esse cuperet, ne si pateret, numos trifur conventionis amitteret. Huiusmodi pravitatis cogitamen, proprie simulatio sceleris, & nulla purgatio criminis: iam enim commiserat crimen, antequam cogitaret indicis excusationem. Dixit tractus, & articuli exitus. Cognovit cognosci perfidum: proiecitque amens post titulam lorum: equidem palam ut inimicus cum inimicis exivit, qui clam de se meritum ad mortem prodidit. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum (id est, apud Principem & Præsidem: dicebat David) & qui loquuntur mala adversus animam meam: Hebr. *Honorum meum.* Ut deroget famæ, verborum etiam superbè exercentur abusione; quasi dicerem vitia latentia, volentes latere vitia: optantque alicuius frivole cogitationis speciem; ut vindictæ aliquantulam habeant excusationem: & frutretur honor, dum honor frustratur. Deaurare studet fœditatem criminis.

*Malitia semper scelerata proles.*

*Sollicitas aliquammodò quoad speciem offendi; ut in officio potestatur executione.*

*Pf. 10.*

*Qui pravorum cognoscitur cibus finit, ne agnoscatur.*

*Ravil. Texta*



TAU

# TAUTOLOGIA DECIMA.

## PROPTER ELECTOS, QUOS ELEGIT.

Marc. 13. v. 20.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

**T**autologia præcedenti egimus de Anti-Christo, eius regno ac duratione: in præsentiarum agendum de eius tyrannide, & truculencia vexationis acerbissimæ, fervore persecutionis, prævalente iniquitate. *Proferretur veritas in terra: & faciet & prosperabitur.* Daniel. 8. 12. & 11. 31. subdit: *Brachia ex eo stabunt, & polluent Sanctuarium, & dabunt abominationem in desolationem; & impij in testamentum simulabunt fraudulentem: & docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate, & in rapina dierum. In tempore autem illo consurget Michael, Princeps magnus (additur, 12. 1.) qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cæperunt usque ad tempus illud. Mai. 2. 19. Introibunt in speculas petrarum & in voragine terre à facie formidinis. Osce. 10. 8. & Apocal. 6. 16. In diebus illis quærent homines mortem, & fugiet mors ab eis; cap. 9. 6. Quantum cruciaminis, si mors dulcis! Quæ à Prophetis vaticinata, etiam à Christo prædicta, ut resisterent fallacijs, dum fastu atque potestate appareret filius perditionis: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet: & nisi brevitati fuisset aies illi, non fieret salva omnis caro; sed propter electos brevianbuntur.* Metrice Iuvenus, lib. 4. *Evangel. biflor.* à v. 134.*

*Nam cunctis venient sævissima pondera terris.  
Tale malum non sæcla prius, nec postera norunt.  
Et ni sublimis genitor decerpere tempus,  
Et numerum miserans vellet brevianbuntur;  
Nulla debinc trepida superarent corpora vitæ:  
Sed propter electos veniet miseratio iustos.*

Marcus addit: *Propter electos, quos elegit; ex quo nostra Tautologia.*

**2** Ante expositionem elucidandum argumentum Pleonasmii. Ergo sciendum, Astartorem N. cum structuræ templi angusti, totò in orbe celeberrimi, ostenderentur à discipulis, ut placaretur à minis fulminatis crimine incredulitatis; quasi pertasum, fastidiosè illis dixisse: *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat.* Mirabatur sequentes illum usque in montem Oliveti: cui sedenti ausi sunt loqui, *Dic nobis, quando hæc erunt? Et quod signum adventus tui, & consummationis sæculi?* Tria interrogata: primum de excidio urbis; secundum de adventu Vindictæ, denique de exitio orbis: *Et quia tria hæc in unum quæstia sunt* (ait hic Hilarius, *Can. 25. distinctis & temporis intelligentia, significationibus separantur;* igitur etiam in urbis demolitione, habitatoribus quasi extrema cruciaminis; respectu futurorum necdum finis: magna enim tribulatio ex diritate militum advenientium; sed tor & tallia iniuria sunt dolorum: futura sanè in orbis exterminium, qualis non fuit ex quo gentes esse cæperunt.

**3** Nonnulli secundum cum tertio coniungunt, ita ut idem sit adventus Christi & consummatio sæculi. *Tunc plangent omnes tribus terre, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate.* Matth. d. v. 30. & Daniel. 7. 13. Alij nectant adventum Salvatoris cum destructione Urbis, ad quam ipse venturus vindex, propter Decidium ab habitatoribus malignè meditanter patratum. Astituit ex eo, quod Christus dixit: *Dies ultionis hi sunt:* Luc. 21. 22. & de Ioannis statu, signato Petri martyrio: *Sic cum vola manere donec veniam.* Ioann. 21. 22. Theophilactus hic 4. Ioannes

*Quanta Anti Christi in Ecclesia sunt persequantur.*

*March. 24. 21.*

*Iuven.*

*Ibid à v. a.*

*Nulla aia similia.*

*Hilar.*

*Theoph.*

Per Roma-  
nos tu legi  
cum urbe  
delecti ob ne-  
cem Christi.  
Ioseph.  
Eulob.

Apoc. 10.  
11.  
Iterum pro  
Etiam.

Hendiady.

Luc. 17.  
& 20.

Qua alo-  
minatio ce-  
lesationis  
Ierusalem?

Daniel. 9.  
à 26.

In unico te-  
stimonio sa-  
cro duplex  
sensu.

Hierosolyma mansit usque ad eius excidium. Adventus Christi in urbem metaphorice non visibilis sicut ad iudicium; sed per potentiam virtutemque, ut per Romanos deleteret urbem. Doroth. in Synops. Alapide: *Donec veniam ad publicum Hierosolyma & Iudaea excidium.* Colligitur ex Itri vindictis cogitatione: equidem ut ait Iosephus 6. de Bell. cap. 14. & 7. cap. 16. capti urbe, ac visis eius munitionibus, dixit: *Deo parati ad invicem pugnavimus; & Deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Iudaeos: nam quae hominum manus aut quae machinae ad ista valerent? Sequitur Eusebius, qui lib. 3. Hist. cap. 6. in- vocat testem, hoc suum opus non esse.* Unde sensus elevatis in caelum manibus, Deum in- vocat in Ierusalem, usque ad eius stragem, à me per Romanos perficiendam; postque ad Ase instructionem Ephesum uti doctorem educendo perducam. Sicque intelligitur il- lud: *Oportet te iterum prophetare Gentibus (iterum pro Etiam) & populis & linguis & Regibus multis.* Ita ergo in vita mortali manit, & Evangelium condidit: haudquaquam quia non mortuus usque dum veniat cum Elia & Henoch Anti-Christi tempore; tuncque calicem bibiturus gloriosam morte; uti somniant nonnulli. Vide selecta apud Exam. Do- ctorem in 3. p. D. Thom. q. 59. art. 6. disput. 55. sect. 3.

4 Circa tempus desolationis urbis, responder Christus, ibid. v. 15. *Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc, &c.* At cum in Daniele quatuor sint testimonia de abominatione desolationis (sive desolatione abominabili, per Hendiadym) disceptatur inter AA. de qua sermo. Exercitum Romanorum designari in urbis templique devastationem; patet ex Luca. Inquirentibus discipulis: *Præceptor (quando haec erunt; & quod signum, cum fieri incipient?)* respondit: *Cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem; tunc scite, quia appropinquavit desolatio eius.* Ne aliter intelligeretur; praemittit Christus *Qui legit, intelligat:* igitur cum apud Danielem varia loca de desolatione abominabili sint; sine in- telligentia, testimonium illius de exercitu Romanorum, forsân abque delectu applica- bitur idolo desolationis, ab Epiphane collocato in Sanctuario, de quo facer Vates, s. 13. & 1. & Machab. 1. 57. ubi: *Edificavit Rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei.* Vel de statua Anti-Christi, qui uti Numen in templo Hierosolymitano adorari praecipit; uti ostendimus ex Daniele, Tautolog. praecedent. n. 3. Non ergo alio modo ad huiusmodi testimonia, sed dumtaxat ad illud. cap. 9. Danielis, ut insinuat à Luca d. ubi v. 26. *Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est: & ci- vilitatem & sanctuarium dissipabit populus cum (Tico) Duce venturo: & finis eius vasti tar, & post finem belli statuta desolatio. Erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem & finem perseverabis desolatio; idest, usque in finem saeculorum, quo tempore restaurabitur Ierusalem, Anti-Christi Regia, à Iudaeis; & simul templum; uti diximus Tautolog. praeced.*

5 Alij intelligunt Servatoris N. allegationem, Anti-Christi sub tempore; ita ut pri- ma pars vaticiniij intelligatur de excidio Urbis, & novissima sub hoc tyranno de valla- tione orbis: siquidem post primam cladem per Romanum exercitum (quia nondum fi- nis) adveniet terribilior per orbis tyrannum: qua de causa post statutam desolationem ad- ditur perseverantia desolationis usque ad finem. Quicquid sit de huiusmodi duplici an- gustia; facilis ( quantum auguror ) AA. concordia: ita ut proprie intelligatur vaticinium de Romanorum exercitu, mylticque de orbis excidio. Quod quidem in Scriptura no- vum non est: igitur saepe in unico testimonio invenitur litteralis sensus & allegoricus. Sub persona Nabuchodonosor. *Isai.* à 14. & Regis Tyri, *Ezech.* à 27. praesignatur super- bia, insolentia & casus diaboli. Sub nomine Cyri, Perlarum Regis, honores & beneficia Salvatoris. *Isai.* à cap. 44. 28. Sub specie Epiphaniis, obijcitur Anti-Christus filius per- ditionis. *Daniel.* 11. à 21. Sic alia, in quibus una praefereuntur res expressa tamquam umbra, & in sensu mystico altiora Spiritus divini proposita. Vide Caum de loc. Theo- legic. lib. 2. cap. 11. Cuncta à Christo praefata proprie haud convenire possunt indisci- minatim primae ac novissimae tribulationi: quare cum utramque describit, utramque in- volvit; ut de tribus interrogatus, satisfaceret inquirentibus: quae illis perspicuo indicantur, si distinctis temporis intelligentiae significationibus separantur.

6 Ante adventum Christi ad iudicium erit tribulatio magna, commoto orbe, *Luc.* 21. 25. *Matth.* 24. 29. & *Marc.* 13. 24. Ideo dicitur: *Post tribulationem illam.* Ibid. Unde tribulatio, de qua sermo, erit ante adventum Christi: si ergo adventus Christi post illam, non potest intelligi proprie de Romanorum adventu in urbem, ac civium stragem. Deinde

de si nulla futura similis; quæ sub Anti-Christo, maior, quam facta sub exercitu Romano. Denique, quia subditur, v. 22. *Nisi brevitati fuissent dies illi, non ferret salva omnis caro.* Hoc est, non remaneret homo: quod quidem nequit intelligi de strage urbis, sed de excidio proximo orbis. *Anti-Christus insustentabili dominatione* (ait Laëtant. Firm. lib. 7. cap. 16.) *vexabit orbem, divina & humana miscbit, insanda dicta & execrabilia molietur, nova consilia in pectore volutabit, ut proprium sibi constituat imperium. Leges commutabit, suas sanciet. Cuncta contaminabit, diripiet, spoliabit, occidet.* Denique immutato nomine, atque Imperij sede translata, confusio & perturbatio humani generis sequetur. Tunc verò detestabile atque abominandum tempus exisset. Cap. 17. *Iustum populum persequetur: & erit pressura & contritio, qualis numquam fuit à principio mundi. Iustus obvolvot libris Prophetarum SS. atque ita cremabit: & dabitur ei desolare orbem terræ. Id erit tempus, quo iustitia projicietur, & innocentia odio erit, quo mali iustos hostiliter prædabuntur. Non lex aut ordo aut malitia disciplina servabitur, non officium pietatis cognoscat: con- fundentur omnia & miscbuntur contra fas & contra iura naturæ: itaque quasi uno com- muni gravique latrocínio universa terra vastabitur.* Vide Irenæum lib. 5. cap. 25. Cyrilla Alexandr. in *Genes.* lib. 11. prop. fin. Hieronym. in 7. & 11. cap. *Daniel.* Augustin. 205. Civit. cap. 8. Isidor. in *Genes.* cap. 12. Bedam in cap. 11. lib. 1. Reg. Cyrill. Hierosol. *Cate- ches.* 15. Greg. Magn. 32. in *Iob.* cap. 12. & Ephræm Syrum, Sermon. de Anti-Chr.

7 Erit enim huius tyranni persecutio tam in spiritualibus, quam in corporalibus. To- tum enim bellum ex indignatione adversum virtutem & sanctitatem. *Daniel.* 7. 21. 11. 33. & *Apocal.* 13. 7. Tolle igitur de medio sacras imagines, templa omnia funditis demolietur, sacra volumina incendet, inhibebit sacramentorum usum, ita ut Eucharistia haud pub- licitus colatur, nec infantes baptizentur: Crucis signum delebit, & pro illo substituetur eius character. Adi Hippolyt. Martyr. Orat. de Consummat. Munda. Anselm. in *Illucidar.* Perec. in cit. loc. *Daniel.* Primas. in 11. *Apocal.* & Maluend. d. à cap. 10. Ut ergo alliciat fraude, quos nequit ratione; quæ non fingit! Etiam inexcogitabilia cogitabit. *Tunc reve- labitur ille iniquus, cuius est adventus secundum operationem Satanae in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis:* ait Paulus. Alector N. d. v. 24. *Dabunt signa magna & prodigia, ut in errorem inducantur.* Marc. 13. 22. *Signa & portentosa ad seducendos.* De illo & Præcurfore, *Apocal.* 13. 13. *Signa magna, ut etiam ignes faceret de caelo descendere in terra, in conspectu hominum; & seducer habitantes in terra propter signa.* Miraculis astruitur fides, & ille sataget in seductione uti miraculis: verum cum nequeat efficere vera; in errore erunt testimonia miracula falsa. Ex Oraculis Sybie- nis, lib. 2. prædictum (si vera sunt) confirmaturque lib. 8.

Humani generis strages, & maxima mesis  
Instat, cum quidam pro vatibus insinuat,  
Fallaces aderunt in terris vaticinantes:  
Et Belial veniet, facietque insignia multa  
Inter mortales: tunc Sancti funditis atque  
Electi, fidelesque everfione diripientur.  
Adveniet Belial, qui celsa cacumina montium,  
Qui mare, qui magni lucentem lampada Solis,  
Qui claram Lunam, qui sistet lumine cassos.  
Multaque signa faciet mortalibus, at non  
Vera; sed error ibi suberit, fallietque frequenter  
Fidos, electos Hebraos, lege carentes,  
Atque alios, nondum quibus audita Dei mens.

Quæcumque igitur verè à Christo & Christicolis patrata, totis viribus sollicitabit ostentari, prodigia: imò quicquid in Ethnicismo à diabolo factum, in plausum Numinum & stupor- tem fatuitatis Gentium.

8 Inter celebriora antiquitatis ex Magia refert Seneca in *Hercul.* Octavo, à v. 423

Artibus magicis fere  
Coniugia nupta precibus admistis ligant;  
Vernare iussi frigore in medio nemus,  
Missisque fulmen flare: concussit fretam  
Cessante vento, turbidum explicuit mare,  
Et sicca tellus fontibus patuit novis:  
Habere motum saxa, disclusi fores.

Tom VIII. Taut.

Mores &  
operationes  
Anti-Christi;

Laëtant;

Persecutio  
spiritualis;

Thesali  
à 8.

Eius mira-  
cula ficticia  
& falsa.

Sybiæ;

Prodigia Ma-  
gie, & ma-  
teria.

Seneca;

Umbra stetit, & mea iusti prece  
Manes loquuntur, sonuit infernus Canis;  
Mare, terra, caelum & Tartarus servit mihiq  
Nox media Solem vidit, & noctem dies;  
Nibilque leges ad meos cantus tenet.  
Cui cedant illi? Carmine in terras mago  
Descendat Astris Luna desertis licet,  
Et bruma messes vidat, &c.

Idem argumentum videris apud Petronium, Carmin. 28. & 29. à v. 1. Hunc varijs testi-  
monijs illustrat Gundisalv. de Salas, illum Delrius: pluraque congerit Maluend. d. 110. 8.  
cap. 17. Videtis, & capit. seqq. illius praestigias, & quales, quæve virtute patrandas; de  
quo etiam Hieron. ad Algas. quest. 11. HRabbanus, Opuscul. de Anti-Cbr. Imperfect. Ho-  
mil. 49. in Matth. Aretas Casariens. in Apocal. 13. Thom. Bozius, 5. de Sign. Eccles. cap. 1.  
& Iodoc. Coccij Tom. 1. Thezaur. Cathol. lib. 8. ab art. 13. Prædicta olim ab Ethnicis  
fuerit plausible, quia singularia, raròque visa; & pro meo captò, illusoria & phantastica,  
cum alijs prodigijs; ut arbores evulsas manare cruore, dapes perfundi sanguine, in hunc  
quoque vinum converti, lapidesque inconditos mugitus boare. Omittò (dicam cum Augusti-  
no, 3. Civit. cap. 31.) illa, quæ magis fuerunt mira, quàm noxia: boves lactuos, infantes  
nondum natos de uteris matrum quedam verba clamasse, volasse serpentes, formicas, &  
gallinas & homines in masculinum sexum fuisse conversas; & cetera huiusmodi, quæ in  
libris non fabulosis sed historicis seu vera seu falsa sint non inferunt hominibus penitenti-  
am, sed stuporem. Erant falsa, sed credita, fideque fuerunt historica; ut auctoritate Scrip-  
toris, minime arguerunt falsitatis. Pater in fluminibus retrò fluentibus apud Halicarnass. lib. 7.  
Antiq. Rom. n. 7. & Plin. lib. 2. cap. 103. qui ibid. cap. 83. & lib. 17. cap. 25. asserit arbo-  
res sedes mutatæ, aliò sponte translatas. Plura argumento consona eussit Ravif. Textor,  
7. Officin. à cap. 52. & usque in salidum usquequaque augator vel suspensiosus Tit. Liv.  
in prodigijs procuratis: quandoquidem quocumque articulo rerum Romanarum ingerit  
è cælo prodigium, futurorum speciem, quasi in fidem auctoramen.

9 Quicquid in iustorum seductionem excogitare poterit, Anti-Christus perficeret. In  
genere designant veteratoris mira à Paulo, & Assertore N. In specie Apocal. 13. à 2. De-  
dit illi draco (Dæmon scilicet Anti-Christo) virtutem suam & potestatem magnam: &  
vidit unum de capitibus suis, quasi occisum in mortem; & plaga mortis eius curata est, &  
admiratione est universa terra. V. 15. Datum est illi, ut daret spiritum imagini bestie, & ut  
loquatur imago bestie. Ex his constant aliqua, & ex primo testimonio autumat Maluend.  
lib. 8. cap. 30. ex multis PP. (quod inficiatur Ribera validissimis rationibus) Anti-Chri-  
stum ex mortuis resurgere, fictum ire. Haud creperum, facturum quicquid conduxerit ad  
interventionem iustorum: equidem ut observat Petr. Comesior in Daniel. cap. 6. Conver-  
tet ad se homines terrore, numeribus, miraculis. Propterea cum manera & miracula causa  
viderit: per tormenta in terrorem furorem acuet. Attendite fraudem hostis (inquit Hippolit.)  
confestim mittet dæmonum cohortes ad montes speluncas & cavernas terre, qui seruentur  
eos, qui subdixerunt sese ab oculis eius, & adaucent eos ad adorandum illum. Sibi obten-  
perantes sigillo suo notabit: recusantes verò imperium ipsius, poenis incomparabilibus, acer-  
bissimisque tormentis & machinis absumet; qualia nec unquam fuerunt, nec auribus homo  
percepit, nec oculis mortalibus conspiciunt. Aliqua referat Greg. Magn. loc. cit. plura, ac  
mirà eruditione decora, Maluend. d. 9. à cap. 12. Cunctas præteritas Ecclesie persequo-  
nes excedet furor. Talis itaque nec fuit nec erit.

10 Vividis coloribus articulum depingit Ephraem. Ego (inquit loc. cit.) vel solâ  
recondatione seot illius draconis, attonitus sio. Vomet suam avaritiam in omni mali-  
tia, propinabitque fraudulenter latens in se pessiferum virus. Orbem terrarum turbabit,  
ultimos fines terra commovebit, affliget universa, polluet, perdetque animas multas; non  
amplius velut pius aut religiosus, neque amplius ut pauperum amator, nec ut hilaris, sicut  
antei; verum contra prorsus per omnia austerus, durus, iracundus, excandescent, facus,  
instabilis, terribilis, inflexibilis, ac tenebrosus, odibilis, abominabilis, immitis, improbus,  
superbus, scelestus, & impudens, qui magna sua rabie atque insanâ universum genus mor-  
tali in barathrum impietatis atque perditionis præcipitare studebit. Quis stabit, cum in  
torribus miracula vidit? Quam fides igitur incoacta; cum contra visa, quis fi-  
des firmatur, stupenda portenta? Gregorij Magni cogitatio est. Consideremus ergo (inquit  
ubi dudum) quæ erit humana mentis illa tentatio, quando pius Martyr & corpus tormen-  
tis

Que ab Ebr  
nisi celebra  
rat

Augullin.

An Anti  
Christus fin-  
get ex un-  
tus resur-  
rentem?

Illecebra.

Hippol.

Eius perse-  
cutio corpo-  
ralis.

Ephram.

Cur vobem  
nor & ar-  
Bior. Anti  
Christi 197.  
ni, in mira-  
culis fidei.

tis subicit; & tamen ante eius oculos torror miracula facit? Cullis tunc virtus non ab  
ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is qui flagris cruciatur, signis coruscatur? Non  
enim tunc sola potestate erigitur, sed etiam signorum ostensione fulcitur. Patet tribulatio  
magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet. Arma iniusticia miracula? Tanta in  
veritatem ex falsitate potentia? Inscrutabilia iudicia Naminis, ut fide rutilent fortes.  
Haud aliud in ignea diaboli tela, quàm à Christo monitione prædicta. Ut igitur fides pe-  
ssifero mendacio detrahi possit (ait Hilar. d.) admonitio præcessit.

11 Summe, sed sine hyperbole Salvator N. signavit. Nisi brevitati fuissent dies illi  
(inquit) non fieret salva omnis caro. Iceitò modico tempore solvetur Satan. Apoc. 20.  
3. Nullus homo inimicus tunc esset à morte corporis; quippe huiusmodi flagellum à  
Deo: equidem si ab impijs oriretur, vivi fervarentur impij; ut cogitat Caietan. hic.  
Unde addit: Benignus Deus movult erga promiscuam multitudinem propter electos cle-  
mentia uti; quàm solos electos à plaga servare. Nonnulli, ut aliquid novi novo cogita-  
mine in stuporem effundent; brevitatem dierum reduxerunt ad lucis brevitatem (quasi  
noctū illo in tempore fideles essent extra tormentorum vexationem) adempta, sectæve  
parte à diuturnitate communi. Hoc delirium refutat à Hieronymo hic, & Augustin.  
Epist. 80. ad Hefych. Non ergo diebus tunc detrahetur naturalis ab initio mensura: de-  
ficient numerus, ne plus quàm modico tempore solutus defeviat diabolus. Ab aeterno  
enim decrevit Deus, quòd illi pauci forent, cum plures dies adversitatis esse malignitati  
potuissent. Furere ergo Anti-Christo, miraculis ad speciem fucato embolio, perirent  
homines, nisi brevitati tribulationum dies: igitur diutius si procella peristeret (ac vita  
persecutoris ulterius in cruciamina duraret) ordine naturali, vacillante fide, & propu-  
gnatrice humana fragilitate; nullus esset vel qui morti acerbissimæ non cederet, vel in  
partes Anti-Christi non transiret. Decrevit itaque Deus dierum brevitatem propter ele-  
ctorum gregem, in fide & verâ religione stabilem, & ferè impossibilia vincentem: siqui-  
dem esto valida tyranni & tormentorum potentia, potentior gratia. Quicquid electorum  
sensibilibus nociva patietur, in protectione Dei cæli commorabitur; ut fuse videbimus,  
num. 19.

12 Quamvis abundet iniquitas, sicque refrigescat in multis charitas; non ita ut peni-  
tens fides Christiana deficiat, uti dixerunt Heterodoxi apud Emericum Director. In-  
quisitor. p. 2. quest. 11. Error 51. & indicare videtur Soto in 4. diffinit. 46. q. 1. art. 1.  
sed videtur tantum: igitur hyperbolice locutus, vel ob multitudinem impiorum, vel quia  
publicè, uti diximus, num. 27. inhiabitur professio fidei Catholice: haudquaquam quia  
deficiet, cum scriptum sit, Luc. 22. à 31. dixisse Dominum Petro super quem ædificavit  
Ecclesiam: Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego au-  
tem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Quantumvis exeunte ex inferno Satana, &  
arietante Anti-Christo, persecutiones irruant; portæ inferi non prævalent adversus  
eam. Nequis existimet, eo ipso parvo tempore, quo solvetur diabolus, in hac terra Eccle-  
siam non futuram. Numquam enim à diabolo Ecclesia seducetur, prædestinata & electa  
ante mundi constitutionem. Erit tamen Ecclesia illo tempore etiam, quo solvendus est dia-  
bolus. Ita Augustin. 20. Civit. cap. 8. Quomodo ergo de diabolo & Anti-Christo ab Ecclesia  
obtenebunt victoria, si Ecclesia nulla? Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum  
ignis & sulphuris, ubi bestia & pseudopropheta cruciabitur die ac nocte in secula secula-  
torum. Apocal. 20. 10. Erit enim tunc in multis à fide defectio, sed non in omnibus. Vi-  
detis Gregor. loc. cit. Bellarmin. 3. de Rom. Pontif. cap. 17. Acolam, 3. de Noviss. tem-  
porib. cap. 1. Enriquez de Fin. homin. cap. 23. §. 8. Valent. Tom. 4. disput. 11. quest. 24.  
punct. 2. §. 4. & Suar. in 3. p. D. Thom. disput. 54. sect. 6.

13 Ex ipso enim Evangelio constat infuscemodi cogitatio, quanta & qualis in tanta  
acerbitate perficitur. Haud ullus homo staret, ni dierum brevitatis fieret; sed propter ele-  
ctos breviantur dies illi. Per electos intelliguntur, quos vocamus ad gloriam prædestina-  
tos: quæ prædestinatio de Bono perseverant. cap. 14. definitur Præsentia & præpa-  
ratio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Eodem stylo  
Lucas Act. 13. 48. Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Daniel.  
12. 1. Salvabitur populus omnis, qui inventus fuerit in libro: & Apocaly. 20. 15. Qui  
non inventus est in libro vite scriptus, missus est in stagnum ignis. Unde elucet librum  
vite esse prædestinationem creaturæ rationalis, seu intellectivæ in gloriam. Non Deum  
liber iste commemorat, ne oblivione fallatur. (inquit Augustin. 20. Civit. cap. 15.) sed præ-  
destinationem significat eorum, quibus æterna dabitur vita. Nec enim nescit eos Deus, &  
Tem. V. III. Taur. Xxx 2

Gregori  
Mago.

Hilari

Verf. 224

Caietan.

Cur brevita-  
ti diei perse-  
cutio Anti-  
Christi

Vel persecu-  
tio tanta  
permanebit  
militari. Ec-  
clesia.

Augustin

March. d. v  
21.

Augustin.  
Quid sit præ-  
destinatio?  
Apoc. 10.  
15.  
Qui liber  
vige

Idem

Talmud.  
Theophil.  
Raynaud.

in hoc libro legit, ut sciat: sed potius ipsa eius presentia de illis, qua falli non potest, liber est vite, in quo sunt scripti, id est, praeogniti. Deliri Talmudista: in Mosa, sive de Fastis, tract. 8. distinct. 5. scribunt: Deus die prima novilunij mensis Septimi, iudicat universum orbem: reliquis deinde sequentibus decem eiusdem Luna diebus, applicat se ad scribendum iustos in libro vite, malos vero in libro mortis. Metaphoricè namque dicitur Liber vite, in similitudinem librorum, quos olim civitates habebant in civium centum: ex quibus qui mortui debebantur, & scripta manebant viventium nomina. Græcè, Diptera. Theophil. Raynaudus libell. huius tituli, in Prolog. caution. 2. ait: Diptera, Veteres Christiana tabula vivorum & mortuorum continebant nomina. Ita ergo cogitatur de iustis victuris, & de reprobis mortuis more humano; sed verè liber mortis non est apud Deum: etenim electi dumtaxat solent numerari ac scribi; ad reprobationem satis, & mortis signum, quod cum iustis non scribantur. Dicitur ergo liber vite prædestinatio, quia notitia Dei, qua numerus constat illorum, quos prædestinavit ad vitam: proprie autem non est prædestinatio, sed notitia prædestinationis. Unde Angel. Magist. in 1. dist. 40. quæst. 1. art. 2. ad 5. ait: Dei prædiciendum esse ad omnia, prædiciendum ad gratiam, & gloriam simul: librum verò vite medium tenere; quippe simpliciter tantum est ad gloriam, & secundum quid tantum ad gratiam. Svarius lib. 1. de Essentia Prædestin. cap. 20. n. 16. Liber solum dicit quasi speculativam notitiam (inquit) seu intuitivam salvandorum: est enim veluti catalogus quidam talium personarum. Prædestinatio autem dicit iudicium practicum dicens & dirigens executionem mediocum infallibilium, que ad salutem electorum per voluntatem approbata sunt: & ita liber vite supponit prædestinationem ut constituentem sibi obiectum.

An liber vi-  
te sit prae-  
destinatio?

Suar.

Quid liber  
mortis?

Quid repro-  
batio & an  
à Deo?

Daniel. 7.  
10.

Augustin.  
Lib. 2. con-  
scientiæ.

Apocal. 20.  
12.

Augustin.  
Prædestina-  
tio ac repro-  
batio in scri-  
pturis.

D. Thom.

Quid præde-  
stinatio secun-  
dum quid,  
& simpliciter?

14. Liber mortis, qui apud Deum non est, invenitur in manu diaboli, qui est inimicus & vindex; ut ait Hieronym. in 7. Daniel. 10. Liber ergo mortis, in quo scripti qui morte æterna dampnandi: potius; damnati, quippequam apud diabolum non est presentia. Hic liber est reprobationis, que quidem est causa derelictionis & pene æternæ, non culpa, à reproborum libera voluntate; sicut prædestinatio causa gratiæ & gloriæ feliciter scriptorum in libro vite. D. Thomas d. 1. p. q. 23. art. 3. ad 2. Secundum huiusmodi acceptiones possumus interpretari illud Daniel. 7. cit. Libri aperti sunt, &c. Iudicium ergo dedit, ad quod non liber, sed libri aperti; quippe per librum vite patuit, qui destinati iustorum ad vitam, & qui per mortis librum mancipati erant ad flammam. Aliter in idem Augustinus lib. 20. Civitat. cap. 14. in se: Non enim unus liber est omnium, sed singuli singulorum. Liber, quedam igitur vis est intelligenda, qua fiet, ut cuique opera sua, vel bona vel mala cuncta in memoriam revocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur: ut accuset vel excuset scientia conscientiam; atque ita simul & omnes & singuli iudicentur. Indicat Paulus sic fore. Ipsi sibi sunt lex (ait Rom. 2. à 14.) qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die quo iudicabit Deus occulta hominum secundum Evangelium meum, per Iesum Christum. Eadem que apud textum Danielis, leguntur in Apocalypsi Ioannis. Libri aperti sunt & alius liber apertus est, qui est vite. Aperitur etiam liber vite, apertis libris conscientie; ut videant cuncti, collata iustis gloriâ, ab origine mundi preparata, dona Dei esse sine poenitentia. Rom. 11. 29. Augustin. de Bono perseverant. cap. 8. inquit: Voluntas sua cadit, qui cadit, & voluntate Dei stat qui stat. Ex duobus autem parvulis, originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur; & ex duobus etate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, & ex duobus etate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem pijs, cur hunc donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur; inscrutabilia sunt iudicia Dei. Illud autem fidelibus debet esse certissimum; hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Vide dicta Tom. 6. T. 2. à n. 26. Patet liber vite.

15. Sciendum ergo in ampliore argumenti delicationem, quod observat Angelic. Magister, 1. p. q. 24. art. 3. Est enim liber vite scriptio ordinatorum in vitam æternam, ad quam ordinator aliquis, ex duobus: scilicet ex prædestinatione divina (hec ordinatio numquam deficit) & ex gratia, quicunque enim gratiam habet, ex hoc ipso est dignus vitâ æternâ; & hec ordinatio deficit interdum, quia aliqui ordinati sunt ex gratia habita ad habendum vitam æternam, à qua tamen desciunt per peccatum mortale. Illi igitur qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam ex prædestinatione divina; sunt simpliciter scripti in libro vite, quia sunt ibi scripti, ut habituri vitam æternam in seipsa, & isti num-

numquam delentur de libro vite: sed illi qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam non ex prædestinatione divina, sed solum ex gratia, dicuntur esse scripti in libro vite non simpliciter, sed secundum quid; quia sunt ibi scripti ut habituri vitam æternam non in seipsa, sed in sua causa: & tales possunt deleri de libro vite, ita ut delitio non rescribat ad notitiam Dei, quasi Deus aliquid, postea nesciat, sed ad rem scitam; quia scilicet Deus scit aliquem prius ordinari in vitam æternam, & postea non ordinari cum deficit à gratia. Quod S. Doctor dicit simpliciter & secundum quid, à multis exprimitur alijs terminis: scilicet, Inchoativè & Complete; Absolutè & Ad tempus: ita ut prædestinatio ad tempus sit ad fidem & gratiam; & absolutè ad gloriam, secundum propositum voluntatis Dei, habentis infallibilitatem, & cum libro vite sine contingentia intrinsecam connexionem. Hinc Augustin. de Prædestinat. SS. cap. 10. ait: Inter gratiam & prædestinationem hoc tantum interest, quod prædestinatio est gratia preparatio: gratia verò iam ipsa donatio. Ita ut præparatio gratiæ sit in præfenti, sed gloriæ in tempore futuro; haud quia gratia sit de essentia prædestinationis; sed quia gloria haud dabitur sine illa. Prædestinatio proprie accepta, est quedam divina præordinatio ab æterno de his que per gratiam Dei sunt fienda in tempore. D. Thom. 3. p. q. 24. art. 1.

16. Modò perspicuo exponuntur plura testimonia sacra. 1. Cor. 1. 2. Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis. Coloss. 3. 12. Vos ergo sicut electi Dei. 1. Tim. 2. 10. Sustinet propter electos. Apocal. 17. 14. Vocati electi & (pro electi) fideles. Prædestinatio, electio, sanctitas ac vocatio est ad fidem & gratiam; & idem est ad gratiam & gloriam. Utrumque donum supponit electionem, vocationem & fidem; sed prædestinatio ad gratiam incomplete: Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum (pro Quoque) secundum propositum voluntatis sue. Ephes. 1. 5. ad gloriam consummative: Ipsi qui secundum propositum vocati sunt sancti: nam quos prædestinavit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit, illos & glorificavit. Rom. 8. à 28. Discrimen est in eisdem vocibus: igitur qui prædestinati, electi, vocati ad gratiam, uti proditor Iudas, possunt scripti deleri de libro vite, & iterum scribi; sed cum iustis non scribentur, quippe in exitu deficient. Non fat vocatio & electio ad gloriam, ni habeat in gratia perseverantiam. Unde Petrus 2. Epist. 1. 10. fideles alloquitur; Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitur aliquando. Augustin. in Psalm. 121. de electis & vocatis in Ecclesiam, inquit: Lapides conquadrantur, ut intrent in structuram sempiternam. Adhuc multi lapides in manibus artificis sunt. Non cadent de manibus artificis, ut possint perfecte coadificari in structuram templi. Quo intelligitur illud Ecclesiæ de fidelibus, orantis, cui soli cognitus est numerus electorum, in superna felicitate locandus; quod Omnium fidelium nomina beata prædestinationis liber adscripta retineat. De simpliciter prædestinatis nequit dici; igitur in effectum nullam habent contingentiam. Nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Ephes. 1. 11. sed tantum dicitur de prædestinatis ad gratiam, qui deleri possunt de vite libro, sine dono perseverantia. Quapropter dicit Christus: Qui viderit, sic vestietur vestimentis albis, & non alebo nomen eius de libro vite. Delebitur ad gloriam, si delinquendo amiserit gratiam. Iccirco propositum orationis est, cunctos fideles auxilijs divinis perseverare, cum ullo crimine amittant gratiam, ut effectum prædestinationis consequantur, nimirum supernam gloriam; & per donum maximum perseverantia, clareant scripti simpliciter in libro vite.

17. In emblema harum acceptionum in vocibus Prædestinationis, Electionis, Vocationis, & Sanctitatis, obijcitur liber in dextra sedentis in throno, scriptus intus & foris (Græcè, Opiθographus, in utraque pagina) signatus sigillis septem. Intus in hoc libro occulto scripti, qui absolutè sunt prædestinati. Foris, qui ad tempus. In libro tuo omnes scribentur (Psalm. 138. 16.) dies formabuntur, & nemo in eis; quippequam scripti foris. Dulcis ergo, sed ori, liber sub honore gratiæ; sed intus amaritudo, quoniam sine dono gloriæ. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis. Ex permanentia vel non permanentia in gratia, constat cognitio prædestinationis tantum gratiæ vel utriusque, simpliciter prædestinationem in effectum constituentis. In ultima tribulatione sub tyrannide Anti-Christi, dicit Gregor. d. Draconis cauda, stellas in terram deiecit; quia quasdam quos velut electos Dei in Ecclesia invenit, obtinendo reprobos ostendit. Qui per-

Augustin.

D. Thom.

Colos. 3.

12.  
Et prædesti-  
natio &  
electio incho-  
pletur, & abso-  
luta.

In istam  
prophetiam.

2. Petr. 1.  
10.  
Augustin.

Qui tantis  
electi ad ho-  
num gratiæ  
de curat de  
libro vite.

Apoc. 5. 8

1. Ioann. 1.  
10.

Unde constat  
electio prædestina-  
tionis perfectio  
est.  
Greg. Mag.  
per-

perleveraverit in finem, hic salvus erit. Super certandum semel traditæ sanctis fidei. Salus erit (subdit Ioannes, à v. 24.) *si in vobis permanferit, quod audistis ab initio. Hæc est promissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.* Gratia enim etiam dicitur prædestinatio ad vitam, vel quia est semen gloriæ, vel quia per fidem vivam gratia, quæ profectò via ad gloriam: sicut illud Servatoris nostri: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum-Christum.* Ioann. 17. 3. Gratia ad tempus pauper est, dives cum perseverantia dono, in quo perfectio; quippe in omnem plenitudinem dicitissima plenitudo: minimeque cum gratia ad tempus simpliciter scribuntur in libro vite; igitur prædestinatio absolute secundum divitias gratiæ. Atestit Paulus, 1. Cor. 1. à v. 4. *Gratiæ ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu; quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, ita ut nihil vobis dedit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini N. Iesu-Christi.*

18. Siccine prædestinatio irrevocabilis est, quoniam eius ordo & effectus infallibilis: addit enim supra providentiam præscientiam de exitu felicitate, & ordinationem de executione divini consilij, infrastabilis propositi. *Quis accusabit adversus electos Deum Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet?* Rom. 8. 33. Non obstat quod de signis & prodigijs in præfata persecutione subditur: *Ita ut in errore inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Inducatur divina cognitio quatenus terminatur ad possibilia, non ut futura absolute, sed sub aliqua conditione. Ita proximâ passione oravit Christus: *Pater, si possibile est, transcat a me calix iste.* Matth. 26. 39. Absolute possibile erat, verum erat impossibile ex suppositione decreti de Filij morte, & mortis acerbitate. *Proprio filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Rom. d. v. 32. Non secus in huiusmodi periodo. Potuit absolute prædestinare vel non prædestinare, tuncque prædestinatus, si non esset, quibus deficere: ceterum fieri non potest, quod cadat in malis ex suppositione prædestinationis: Theologi cum D. Thoma d. art. 3. dicunt impossibile in sensu composito, etsi possibile absolute in sensu diviso. *Si fieri potest, sed non potest fieri, quippe nequeunt esse reprobi, qui secudum propositum vocati sunt sancti. Oves meæ vocem meam (dixit Christus, Ioann. 10. à 27.) audiunt, & cognoscio eas, & sequuntur me; & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu meâ.* Non potest fieri, ut electi inducantur in errorem: quapropter *si fieri potest* est hyperbole, quasi posita conditione impossibili, cuius sensus: Possibile sanè, quod electi in errorem inducantur; sed impossibile, quia electi, quod in errorem ad crimen inducerentur. Hoc enim dictum, dumtaxat propter magnitudinem & multitudinem fallaciz, fraudis, technarum, astutiz, calliditatis, circumventionum panurgi veteratoris Anti-Christi, ac eius comitum per signa & prodigia, quæ tunc fiunt; ut si fieri possit, quod non potest fieri, caderent præcipites in irrevocabilem lapsum, qui ex suppositione electionis labi non possunt. Si prædestinati non essent caderent; verum non cadent, quia prædestinati, 2. Tim. 2. 19. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt eius.*

19. *Ut in errorem inducantur propter efficaciam miraculorum, si fieri potest* (quod propter immobile divinæ mentis decretum, & invincibile supernæ gratiæ patrocinium, non fiet) etiam electi. Electi hic aliqui ex Patribus non intelligunt absolute prædestinatos, sed primos & insigniores inter fideles. Gregor. Magn. d. qui lib. 14. cap. 11. illis temporibus applicat illud Iob. 18. 20. *In die eius stupebunt novissimi, & primos invocat horror.* Tanta enim tunc contra nos iniquitate effrenabitur, scilicet Anti-Christus. Viagas in Apocal. 12. 4. *Tertia pars fidelium, non quorum libert. sed iustorum, qui in persecutione Anti-Christi de Ecclesia caelo ruent.* Astipulatur hic etiam Ribera. Caudâ traheret tertiam partem stellarum. Non de universis Christianis (ait) verba fieri; sed de his qui tanta inter ceteros præstant sanctitate, ut stella dici mereantur: ex quibus tertiam partem vinci posse, satis mirabile est. Haud placet cogitatio, quippe si cadunt isti, non sunt absolute & simpliciter electi. Cadent qui scripti in libro vite quoad gratiam; quippe ut constet ex textu labi non possunt, qui ad gloriam. Tanta erit ex persecutionibus ac miraculis visis tribulatio; ut etiam viri sanctissimi, Apostolici, à Deo summe dilecti (si fieri posset) exciderent à vera fide; quod fieri non potest, quia illorum nomina scripta in cælis (hoc est in libro vite). Liber hic etiam dicitur *Vite Agni.* Apocalyp. 13. 8. & 21. 27. quippe Agnus causâ nostræ prædestinationis; ut dicit Paulus, Ephes. 1. 5. & 1. Cor. 2. 7. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam*

Metonymia  
Causa pro effecta.  
Quæ gratia dives & quæ pauper.  
Ephes. 1. 7.  
Vest. 24.  
Prædestinatio infallibilis effectum  
Hyperbole  
Greg Mag  
Electi pro perfecti in sanctitate.  
Viagas.  
Ribera.  
Apo. 13. 8.  
Car liber vite dicitur Agni

nostram.) quod subsequi liquet, simulque quanta gratiæ magnitudo, & quanta afflictio- rum tribulatio. Si fieri possit, in errorem inducerentur electi; sed propter electos brevian- tuntur dies illi. Consonum videtur simul Deum decrevisse suorum electionem, & die- rum perfectionis brevitate: nam ut ait D. Thom. 3. p. q. 24. art. 4. *Sub prædestinatio- ne æterna non solum cadit id, quod fitendum in tempore; sed etiam modus & ordo, secundum quem est complendum in tempore.* Ergo modò non breviarentur; quod fieri non potest, posset fieri, ita ut in errorem inducerentur electi. Restrictio dierum firmat regulam in contrarium. Quid ergo dieemus ad hæc? Si Deus pro nobis quis contra nos? Sanè, sed Deus tunc pro illis non esset, supposita conditione: essentque non simpliciter electi ad glo- riam, sed tantum scripti ad gratiam, caderentque dierum extensione, qui permansuri die- rum brevitate. Sine fide non est gratia, sine gratia non est gloria; quod fieri non potest, vel longiore tempore, quotquot erant præordinati ad vitam æternam, sed excellentiore gratia: quoniam gratia Dei & misericordia est in sanctis eius & respectus in electis illius. Sap. 4. 15. *Canit gratiæ protectionem Ecclesia:*

Traduntur igni Martyres,  
Et bestiarum dentibus;  
Armata sæviti unguis  
Tortoris infanti manus;  
Nudata pendunt viscera,  
Sanguis sacratum funditur;  
Sæcæ permanent immobiles,  
Vita perennis gratiæ.

20. Ne veniret huiusmodi strages, breviantur dies acerbe persecutionis. Propter ele- ctos, Marc. 13. *Propter electos quos elegit, breviantur dies.* Tandem tandem in Tautolo- giam devenimus, sed sine obicibus, ut plana sit via; ita ut stulti non errent per eam. Non- nulli per electos intelligunt inter prædestinatos, insigniores, atque primos. Gregor. Magn. d. 14. in Iob, cap. 11. Ambros. Catharin. & alij. Electi enim dicuntur, tamquam selecti, ut saepe in Scriptura: Exod. 15. 4. *Electi principes eius* id est selectiores duces exercitus. 2. Reg. 9. 2. *Saul electus & bonus:* hoc est, optimus inter meliores; sicut Cantic. 5. 10. *Electus est millibus.* Ierem. 49. 19. *Quis erit electus, quem proponam ei?* Sueton. in Galigul. cap. 49. *Interempto prius utralique orantibus electissimo quoque.* Propert. 2. Epigram. 32. v. 50. *De- ligere astra.* Ovid. 1. de art. v. 444. *Elige cui dicar: Tu mihi sola places.* Virgil. 5. Aeneid. v. 152. & 9. v. 162. *Delectos ordine ab omni.*

Bis septem Rutul: muros qui milite seroent  
Delecti: ast illos centeni quemque secuti.  
Denique Petron. Satyric. pag. 20. *Res electissimus aggressi mur:* pag. 27. *Electum par co- lumbarum atul.* In nostrum argumentum Augullin. in Ioann. Tract. 6. Sunt (inquit) alij alij sanctiores, sunt alij alij meliores. *Ipsi sancti, boni, pertinentes ad columbam, perti- nentes ad sortem civitatis illius Ierusalem; ipsi boni in Ecclesia, de quibus dicit Apostolus: Novit Dominus, qui sunt eius, & versarum gratiarum sunt: non omnes paria merita ha- bent.* Hæc sanè vera, quapropter in celo, & domo Patris cælestis diversa sunt habitacula: verum in præsentiarum incongrua: igitur plus siccine brevitari debebant dies propter elec- tos in communitate gregis, quam propter prædestinatos inter ipsos virtute, perfectione, sanctitate insigniter validiores.

21. Quapropter geminatio interpretari potest ex usu Sacræ paginæ experimentis & for- mam & formæ effectum formalem. *Sortitus est sortem,* de quo infra. Daniel. 2. 21. *Dat sapientiam sapientibus:* id est, qui sunt sapientes. Idem 1. Cor. 1. 19. & 1. Saic. 9. 14. *Potens in potentia.* Iudith. 1. 4. *Inspiravit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viventem.* Genes. 2. 7. Vide quæ diximus, Tom. 1. T. 4. & 5. ad illud: *Vita & ver,* Morit morietur. Hebraismus est, quippe frequens, idem exprimere per Epitaphium verbo & nomine verbali, ut saepe vidimus. Hinc per terminos æquivalentes sensus exponitur: q. d. Propter iustos, propter sanctos, propter beabiles, quos elegit Deus, breviantur dies illi notaturque bis electio, quoniam iustus cuncta bona ab electione divina. *Vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti.* Coloss. 3. 12. *Benedicti ut nos in omni benedictione spiritali, in cælestibus, in Christo; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati,* &c. Ephes. 1. à 3.

22. Alia cogito. Propter electos, quos elegit, Phrasis est sacra, quæ argumenti obijctur certitudo, atque firmitas decreti, atque in effectu infallibilis prædestinatio; expressio in am- plio,

Verf. 257  
D. Thom.  
Quare prop- ter electos brevior dicit Christi per- secutio  
Marc. 13. 20.  
Primo tu- postro.  
El. ut pro- delecti Se- lecti & in- ter-bis insig- niores.  
Augustig.  
Expositio 14  
& 15.  
Int. adit  
exprimitur  
forma &  
eff. tu for-  
malis, eius  
nomine ver-  
ba si ipsam  
ve-bum.  
Gym-nasio  
in firmi-ati-  
argumenti  
& certitudi-  
disensu  
plio,

Ubi & of  
festi adie  
ni.  
Quid sit pro  
positum?  
Expositio 4.

Prædeterminatio gratiosa.

Exprimitur  
sepe propositum  
necessarium.

Expositio 5.  
Dilectio in  
Deo præcedit  
electioem.

Luc. B. ug.

Expositio 6.

Sancti.

Bebzosis.

Isai. 41. 9.

Ultima expositio.

Ephes. 1. 11.

Augustin.  
Sors pro gratia.

Virgil.

pliorum doni commendationem præter effectum, modo actionis & operatione agentis. Apud Matth. d. effectus dumtaxat ostenditur: Propter electos. Apud Marcum effectus & actio efficientis demonstratur: Propter electos, quos elegi. Hebraizat in Grecismo. Isai. 43. 10. Servus meus, quem elegi. Hebr. pro servus, legit: Electus meus, quem elegi. In electio videtur acceptioem prærogativa, & in eligente, electionis gratia. Ita ergo indicitur in electione divinum propositum, sæpe à Paulo memoratum (Rom. 4. 5. 8. 28. 9. 11. Ephes. 1. 5. & 11. atque 2. Tim. 1. 9.) quod nihil aliud est, quam actus voluntatis deliberatæ iuxta D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. Constat stylus ex Isai. 42. 1. ubi: Ecce servus meus, electus meus. Matth. 12. 18. ita vertit: Ecce puer meus, quem elegi. Ecclesia: Ecce puer meus, electus, quem elegi: quibus verbis præ complacentia electionis, & signatur eligentis actio, simulque tâta gratiæ effectus in electo. Modus etiam electionis in geminatione connotatur. Non enim nude dicuntur electi, sed electi, quos Deus elegit: q. d. Quos gratis elegit, quos elegit, quia voluit, quia sibi complacuit. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quantum ipse prior dilexit nos. 1. Ioan. 4. 10. Constat ergo, quippe prædeterminati, ante mundi constitutionem. Ephes. 1. 4. secundum propositum voluntatis eius, ante prævisa merita, sive voluntate antecedenti, ut dicunt Theologi Scholastici eum D. Thom. 1. p. q. 19. art. 6. Ita Apocal. 21. 6. dicitur: De fonte aqua vita gratis.

23 Ulterius pergo. Usus etiam est in sacra pagina, ut sæpe monui, exprimere propositum necessarium. Ibid. 7. 4. Signatorum signati. Et in nostro testimonio, Arabic. Propter electos qui electi sunt. Non essent electi, nisi ille elegeret: additurque in electis Dei electio uti sequens dilectionem. Non enim est in Deo electio sicut in nobis: nos eligimus, quod diligamus; quia voluntas nostra non causat bonum, sed ex præexistente ducitur in diligendum. Secus autem in voluntate Dei: causat enim diligendo bonum, & quia bonum, eligi. Unde dies illi breviabuntur propter electos, quos prius dilexit; quippe ni dilexisset & bonos faceret, nequaquam eligeret. Probat enim electio eius amorem, electionem & prædeterminationem præcedentem. Hæc pleonasmò (ait Lucas Brugensis hic) significatur constare Deo propositum suum, in salvandis istis, quos elegit; ut non sinat unquam horum aliquem perire. Nihil congruius videtur signari prædeterminationem simpliciter. Est ergo, ut vidimus, prædeterminatio & electio secundum quid, sed incompletè: minimèque dicuntur electi utcumque, sed Dei electione; quoniam qui aliquomodo electi debebantur de libro vitæ: nunquam & nullo modo electi, qui electi à Deo: siquidem ut simpliciter electi habebunt feliciter infallibiliter exitum, ad possessionem beatitudinis in secula seculorum. Sic ergo Sanctus in 12. Daniel. n. 11. dicit: Propter prædeterminatos, ut in eis Deus effundens divitias gratiæ consummative & complete, voluntate beneplaciti, quod aliquando per Bebzosim exponitur, scilicet affirmatione, & negatione positivi contrarii. Eligi te, & non abieci te. Non solum non abieci, sed dilectione elegi. Elegi te ad gloriam per gratiam finalem; ita ut non abijcerem te, cum scriberem in libro vitæ. Multi scripti, sed vel electi, abieci, qui secundum quid scripti. At elegi te, & non abieci te; quoniam non solum elegi ad gratiam, sed etiam ad gloriam, quo decreto patent absolute, plenissimè, complete prædeterminati, qui electi à Numine electi. Propter hos breviabuntur dies, ne cadant acerbitate filij perditionis, & abyssi iniquitatis; de quo Prudentius, in Cathemerin. Hymn. 6. v. 106.

Quam bestiam rapacem  
Populosque vorantem,  
Quam sanguinis Charybdim;  
Iosnes excruciat.

24 At occurrit nodus, ex illo Pauli: In quo (scilicet Christo) etiam nos sorte vocati sumus, prædeterminati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Sors connotat contingentiam, prædeterminatio est ultra contingentiam: quomodo ergo sors erit prædeterminatio, quæ quidem semper cum infallibili effectu? Sors aliquando sumitur pro hereditate. Levitic. 27. 24. Sorte possessionis sue. Numer. 34. 2. Psalm. 15. 5. Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Hebr. Sortem. Unde subdit: Fumes (quia his metebantur dividendas possessiones in partes) ceciderunt mihi in præclarissimum hereditatis mea præclara est. Augustin. in Psalm. 67. v. 14. Cleros sors Græcè dicitur: & sortes Levi præcepta est non habere sortem inter fratres suos, quod ex eorum decimis sustentaretur. Numer. 18. 20. Virgil. 1. Aeneid. v. 142. dicit ex Neptuni persona Æolo, ventos in procellam qui è carcere miserat:

Non illi imperium pelagi, sævumque tridentem,  
Sed mihi sorte datum.

Quæ

Quapropter hereditati vocati sumus; quippe decreto prædeterminationis datur in tempore gratia, qua elevamur in adoptionem filiorum Dei. Non enim accepimus spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba (Pater) Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij Dei heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Cohæredes ergo Dei cum Christo, verum aliter; quia ille filius naturalis habens hereditatem ex vi originis: nos autem virtute & gratia adoptionis: ex vi enim originis nullam nobis ad hereditatem Patris æterni, & cunctorum patris ius; cum natura filij in æ. Ephes. 2. 3. filij pœnæ, filij gehennæ. Hinc Sorte vocat, idem est, ac gratiæ vocati, & cum eius perseverantia in vita consummatione; ut clarescat prædeterminatio secundum propositum voluntatis sue.

25 Alter in confirmationem cogitationis expresse num. 22. possumus interpretari; usurpato tò Sorte pro felicitate, seu beatitudine; de quo etiam infr. num. 60. Accipitur nomen pro adverbio, q. d. Gratis vocati sumus, prædeterminati, &c. Voluntariè enim genuit nos. Iacob. 1. 18. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam salvos nos facit. Tit. 3. 5. Dixit ille (in quo, per quem & propter quem vocati sumus) discipulis; Ioan. 15. 16. Non vos me elegeritis, sed ego elegi vos. Prima gratia sub meritis non cadit. Quo ergo pacto prædeterminatio illius doni, ab æterno decreto mortaliibus pro concessione in tempore, non erit gratis; & qui dignati & dignandi, sorte felices? Inter sanctos sors illorum est. Sapient. 5. 5. Idem, propter prædeterminationem hereditatis æternæ gloriæ, ad quam nulla acceptio personarum; sicut contingit in sorte; quæ summè felix præ præclara hereditate. Qua de causa hic Sorte, idem est, ac sine merito. Pro quo sciendum, sortem vocari felicitatem & gratiam. Sors non datur in naturalibus, sed in contingentibus. Sors varia est in hominibus, felix scilicet & infelix. Infelix, reproborum: felix prædeterminatorum. Non vocatorum, infaulta: vocatorum, feliciter summa. Contingens est, absolute loquendo, rationali naturæ, vocationis & gratiæ felicitas. Nihil enim scimus, & sumus homines. Nihil egimus, ut vocaremur; imò plura egimus, ne vocaremur. Ex parte Dei non est fors, idem, fortuitum; cum electio in vocationem sit deliberatè voluntatis propositum. Sortem existimo (ait Augustin. Concion. 2. in Psalm. 30.) gratiam, qua salvati sumus. Quare David sortis nomine appellat gratiam Dei? Quia in sorte non est electio, sed voluntas Dei: nam ubi dicitur, Iste facit, Iste non facit; merita considerantur: & ubi merita considerantur, electio est, non sors. Quando autem Deus nullam merita nostra invenit; sorte voluntatis sue salvos nos facit, quia voluit, non quia digni sumus. Hac est sors. Divina electio connotat prædeterminationem, cuius in tempore vocationis primus effectus, utpote ex divina electione consequenter exortus. Vocatio, sicut electio ex sola Dei voluntate, nullo merito, sed sorte. Alia bona, quæ vocationem sequuntur, mereri sanequam possunt: aliter tamen & aliter: gratiam nimirum de congruo, Act. 10. à v. 2. verum gloriam per gratiam, de condigno. 2. Tim. 4. 7.

26 Dixi sortem non esse de naturalibus: occurritque in oppositum illud Salomonis: Sortitus sum bonam animam. Plura dixi Tom. 1. T. 4. n. 48. 4. T. 5. n. 63. & 5. T. 8. n. 41. Bona anima sumitur in homine pro indole & ingenio. Indoles est voluntatis docilitas: ingenium mentis acumen, & intellectioem perpicacitas, quæ bonam efformant animam vivificantem ex corporis animati complexione; minimè intertemporaria impediende naturales facultates, & rationales functiones: igitur corpus quod corrumpitur, aggravat animam; & terrena inhabitatio deprimit sensum alta cogitantem. Non enim ab anima pendet nobilitas intellectioem vel morositas in speciebus discernendis. Ab anima dimanat in corpore intellectio, verum exercitium pendet à complexione corporis; quippe pro eius temperamento, systemate, ac constitutione, sunt barbae aut acutæ facultates rationalis animæ. Unde Anima hic non sumitur pro parte hominis, sed synecdochicè pro toto homine. Genes. 2. 7. Factus est homo in animam viventem: idem, in corpus animatum; quæ dicitur homo. Ovid. 7. Metam. fabul. ult. Infelicem animam, pro infelicem hominem. Quapropter sensus est autoritatis: Apparui inter homines verè homo, quia habebam corpus incoquinatum, necumque habile ad rationales animæ facultates & usus; unde puer eram industrius & ingeniosus. Sors est (quia in ipsa natura potest esse & abesse (sicut speciositas corporis, claritas mentis; qua corporis habitudine elucet bonitas animæ, momenta pretiosæ formæ: forsque expedita eius perspicacitas dicitur iurè; quoniam illa eadem ipsa quibat esse quasi non rationalis in rudi pinguisque corpore. Seneca usus est phrafi, exprimens docilem animum, subtileque ingenium. Pars naturæ eorum est, esse bonos. Ita quidam ex hominibus (inquit Epist. 95.) egregiam sortiti in-

Nomen præ adverbio.

Pro felicitate & beatitudine usum patitur sorte.

Pro expulsi sors meritorum Augustin.

Sap. 8. 19. Quid indoles, & ingenium?

Vnde sors animæ bonæ.

Anima pro cuius est anima. Synecdochè.

Seneca.

Car dexte-  
ritas in inte-  
lectione be-  
num dicitur  
animas

Idem.

Ovid.

Augustin.

Sors pro  
gratis.

AA. 1. 26.  
Quid sors  
in electione  
Matthias?

Philo.

Sors pro sa-  
ro.

Senec.

Sortes que  
divine poli-  
tice, & divi-  
natorias

Plato.

Cur politice  
fortes in Re-  
publica ali-  
quando ne-  
cessarias

Munera  
qua per sor-  
tes

indolem, in ea qua traditi solent perveniunt sine longo magisterio, & honesta complexi sunt, dum primum audierunt. Alia testimonia attestantia videlicet loc. cit. ult. n. 43. Sortis est, quod naturale non est; verum rationis usus in rationali, felicitas est natura; que contigit forte: equidem ingenium, eius dexteritas ac promptitudo potius tribuenda fortuna, quam virtutis, studijque intensi felicitati. Non illis (subdit Stoicus) ut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum resuscitanda est: ceterum illos in bonum promoci citius eduxit ad summa. Ante aratem optima instrumenti organizatione intelligentia vigilat; ne velut mortua sepulchro corporis anima infeliciter iaceat. Venit a corpore virtus. Theocrit. *Edyl.* 22. v. 212. & Ovid. 2. de *Art.* v. 112.

Ingenij dotes corporis addit donis.

27 Juxta dicta etiam exponi potest, accipiendo fortem pro felicitate gratuiti doni; sine meritis, felici illius possessori concessi. Unde Sors, non quia casu datur; sed quia gratis distribuitur. Solent que sorte dantur (ait Augustin. lib. 10. de *Genes.* ad litter. cap. 18.) divinitus dari: & ad auferendam suspicionem meritorum, sortis nomen accessit. Perperam Salomon animam bonam mereri potuit, antequam esset sortitricem dicit, ut in possessione sortis felicitatem denotet: equidem sortiri quibat eandem ipsam corporis formam; sed in corpore opico, quo suspensa rationalitatis operatio: nominique fortis gratiam factat collatam; ut possit ostendere contigisse animam bonam, boni capacem, in facultatum rationalium eximiam operationem. Eodem sensu, ut refert in eo Diogenes Laertius, felicem se arbitrabatur Plato, eo quod in sorte communi nascendi Gratia esset editus in lucem; & eo tempore, quo posset audire Socratem. Clarius constat infra num. 60. quod dicemus discrimen inter sortem felicitatis, & felicitatem fortis. Sic igitur perspicuo elucet, quid indicet: Cecidit sors super Matthiam, Alapid, hic Apostolatum (inquit) smilesque praerminentias & gradus non cadere sub meritum de condigno: Deus enim Matthiam, ceterisque Apostolos sorte elegit, non merito: vid. num. 25. Philo de *Plantaz.* Noe, utitur eodem verbo & eodem significatu. Animas (inquit) diviniorem habitum sortitas. Quomodo intelligenda geminatio illa: Sortitus est sortem ministerij huius, de proditore Iuda; nobis negotium faceret, a num. 60.

28 Sors multifariam accipitur, cuius acceptiones signabimus, num. 62. relicti, qua ad rem non pertinent pro argumento Tautologiae (ut usurpatio Sortis pro fato, five necessitate fatali, qua communis apud Ethnicos. Senec. de *Consolat.* ad Marciam, cap. 1. & 10. Sors immota, & in aeternum fixa, nulla miseria movetur. Virgil. 11. *Aeneid.* v. 110. *Martis sorte peremptis.*) Sortes apud AA. sacros & Profanos, non solum dicuntur illa in quibus casus & fortuna dominantur; sed etiam ea, qua portendunt futura, & qua humano consilio explorari non possunt. Unde alia designantur ut divina, alia ut politica, & alia ut divinatoria: five caelestes, humanae, & diabolicae. Divina, qua Dei iussu aut inspiratione mittuntur, expressio Numinis animo ac voluntate in humana dubia cogitatione. Vid. D. Thom. 2. 2. q. 95. *Politica*, quibus licite utuntur homines in rebus dubijs, eorum arbitrio & voluntati subiectis, tam iudicio, quam consilio. Iudicio, in bonorum divisibilium munere; consilio, in dignorum aequalium electione. *Divinatoria*, impulsu humanae curiositatis in futuros eventus contingentes: qui quidem cum lateant homines; ad aliqualem notitiam utuntur in cognitionem, arte & operatione demonis; frequenterque specie Religionis, ut abscondat inimicus humani generis mille nocendi artes.

29 Sortes politicae, seu humanae in Republica nonnumquam necessariae. Causa innuitur, Proverb. 18. 18. *Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.* Idem de *Legib.* dialog. 5. statuit Plato, dicens: *Necessariae utique sortes, ad vitandas multorum offensas.* Excusant sortem fastidientes, vocalium negatam gratiam; dum accusant irati insanam, furentem, caecam fortunam. Consilium namque Siracidis, ut homo ne male audiat in discrimine electionis. *Nonne alij relinques dolores & labores tuos in divisione sortis?* Sortibus enim compescuntur ambientium animi, ne exandescant repulsa qui intime puncti, diremptis litibus ex sedatis cordibus. Sic ergo dividebantur hereditates, dona communia, munera, functiones, officia. Per fortes Athenis exibant Magistratus & iudices. Praetor apud Romanos, Iudices forte adficebat ex decurij. De ordine dicendi in Senatu, & per litteras forte: atque athletarum de collega in certamen, simulque de fortibus convivalibus; vide Alexandr. Neapolit. lib. 4. cap. 7. & 11. lib. 5. cap. 3. 8. & 21. Captivos ex parte victoria etiam fortiebantur urna. Senec. in *Troad.* vers. 57. & 973.

Verfa-

Verfata dominos urna captivos dedit.  
Dominum etiam Priami nurbus & natis, legens.  
Sortitur urna. Mea fors timetur.

Senec.

Fuse Tiraquell. de *Primogen.* quaest. 17. Vide Tufchi. *Conclus.* 357. Fit mentio leg. *Si cum ambo D.* de iudic. leg. *Si duobus D.* commen. de leg. cap. *bi qui*, cap. *illud*, 26. q. 2. In factione proferunt Duces, cum unusquisque nollet esse in pugna postremus (quasi dedecus virtutis) & sese dignum primo ordine exillimaret; decernebant forte gradus militiae. Homer. 7. *Iliad.* a v. 136. & 9. *Odiss.* v. 301. Tunc galea sufficiebatur pro urna. Idem ibid. & 23. *Iliad.* v. 861.

Sortes in galea arata movebant accipientes.

Sortem iniecerunt in galeam Agamemnonis Atridae.

Homer.

Plutarch. in *Timoleon.* inquit: *Cum rem sortibus decernere vellet, & Ducum singulorum annulos in chlamyde sua coniechos permiscisset; primus quem ab urna extrahi contingit, trophaei insignia habebat. Quod postquam iuvenes animadvertierunt, non expectata sorte reliqua, cum gaudio ut quisque stabat, irrumpit.* Patet, urnam vocari etiam sinum, vel gremium. De galea mentionem facit Virgilius 5. *Aeneid.* v. 490.

Plutarch.

Convenerunt viri: deieceruntque area sortem

Virgil.

Recepit galea.

30 A Dijs manasse morem, sinerunt Prisci, quando filij Saturni sorte diviserunt regna. Hesiod. in *Theogonia.* Sic Latine vertitur:

Hesiod.

Jupiter astra, fretum Neptanus, Tartara Pluto:

Regna paterna tenent tres tria, quisque suum.

Senec. in *Hercul.* furent. a v. 49. Claudian. 1. de *Rapt. Proserp.* a v. 90. ex Graecis Homer. 15. *Iliad.* a v. 27. & Callimach. *Hymn.* 1. in *Iovem*, v. 102. Ut ampliore auctoritate commendarent fortes; commentum sunt, illas esse in sinu Iovis.

Homer.

Certe quidem in Deorum genibus iacent.

Subdit Homer. 16. *Odiss.* v. 129. In qualibet urna aliquod praesidebat Numen. *Ad intra Consistorium* (ait lib. 1. Martian. Capel.) *quaedam foemina, quae Aedrastra dicebatur, urnam caelitem, superamque sortem irrevocabilis raptus celeritate torquebat.* Astipulantur Claudian. 2. de *Laud. Stilicon.* a v. 363. in 6. *Honor.* Consul. a v. 5. & Lucan. 5. *Pharsal.* a v. 393. succinit:

Sors in si-  
nu Iovis

Mart. Ca-  
pel.

— Divinit suffragia plebis,

— Et vana versat in urna:

Nec caelum servare licet.

Officij munera potissimum tribuebantur Mercurio, pro quo cum ceteris calculis injectebatur lauri folium, quasi felicitatis signum. Maiol. *top.* 2. *colloq.* 2. & etiam cultri sursum iacti, & relapsi. Serar. p. 2. in *Iosue*, 7. quaest. 17. Phaeus indicabatur Princeps propter multiplicia oracula. *Sorte Phaebeia*, Quamvis minerva invenerit fortes, flocci semper daret, quippe in gratiam Apollinis Jupiter derogavit illis fidem. Bulenger. ex Didym. de *Sortib.* cap. 1. Ita ergo caeci Ethnici & obcaeci obedebant forti, tamquam Numini: ac sine superstitione, dum in pace belloque fortiebantur munia. Virgil. 1. *Aeneid.* v. 510. de Didone, accinit:

Bulenger.  
Quarta su-  
perstitione  
inter Ethnias  
eos!

Septa armis, folioque altis subnixae resedit:

Iura dabat, legesque viris, operumque laborem

Partibus aquabat iustis, vel sorte trabebat.

Virgil.

Adi La-Zerd. hic num. 4. Licet ergo sunt, dum res dubia, merita paria, ius creperum, de quo haud facile in decisionem iudicium. Unde cum non alius invenitur modus vel in divisione vel in electione, praemio haud supplicio; possunt conciliari cuncta fortis decreto. Cicer. 2. de *Divination.* inquit: *Quid enim sors est? Idem propemodum quod incare* (scilicet digitis, de quo num. 59.) *quod talos incere, quod tesseras; quibus in rebus temeritas & casus, non ratio nec consilium valet. Tota res est inventa fallacis, aut ad questum, aut ad superstitionem, aut ad errorem.* Subscribere debemus, si loquitur de fortibus divinatorijs, haud de politicis in articulo ambiguo, & accipit argumento. Augustin. d. in *Psalm.* 30. *Audito nomine fortis* (inquit) *non debemus sortilegos quaerere. Sors enim non aliquid mali est; sed res est in dubitatione humana divinitatem indicans voluntatem: nam & sortes miserunt Apostoli, quando Iudas tradito Domino perijt. Electi sunt duo iudicio humano, & electus de duobus unus iudicio divino. De duobus consultus est Deus, quemnam istorum esse vellet; & cecidit sors super Matthiam.* Elucet in fortibus insis a Deo erga ele-

Quando li-  
cita sortes  
politicae

Cicero

Augustin.

Tom. VIII. Tab.

Yyy. 2.

atio.

